

non poterat remittere peccata nisi quod homo. **R**espondeo dicendum in ista sanctorum Thomae. quod triplex est potestas absoluendi a peccato. Una est potestas auctoritatis et haec solus est dei quod propria virtute peccata dimittit quasi principalis causa remissionis peccati. Unde de tali potestate sit ista conclusio. Christus remittere peccata non potuit nisi quod homo. Patet conclusio sic. Ille solus potest peccata dimittere propria potestate qui potest auras vivificare sed solus dei est auras vivificare. ut dicit Augustinus super Iohannem. ergo etc. Alia potestas est ministerii. Et de tali est secunda conclusio. quod talis potestas convenit his qui sacramenta ministrant vel dispensant in quibus divina virtus secretim operatur salutem. Tercia potestas est media quod potestas excellentie. Et de ista est tertia conclusio. quod hanc Christus propriis habuit. Attendit autem haec potestas quantum ad tria. Primum quantum ad hoc. quod ex merito passionis eius baptismus efficaciam habet. non autem ex merito alicuius alterius baptizantis. Secundo quantum ad hoc quod Christus sine sacramento sacramentorum effectum perferre poterat quasi dominus et institutor sacramentorum. quod de aliis non dicitur etc. Tercio quantum ad hoc. quod ad invocationem nominis eius dabatur remissio peccatorum in baptismo in prima ecclesia. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondeatur negando potestatem. Et ratio est quia filius habebat potestatem auctoritatis dimittendi peccata. non secundum quod homo sed secundum quod deus et ideo per miraculum ostensum habebat quod ille homo esset deus cui natura obediebat quasi proprio creatori. Ad secundam respondeatur negando potestatem. Et ratio est. quod redemptor uno modo dicitur propter virtutem potestatis auctoritatis in absoluendo a peccato et sic Christus nisi quod deus redemptor est. Alio modo dicitur propter officium humilitatis et sic oportet Christo esse redemptorem nisi quod homo in quantum per humilitatem passionis nobis remissionem meruit peccatorum et habet ad potestatem excellentie. ut dictum est. Ad tertiam respondeatur negando potestatem de potestate auctoritativa. Dicimus enim quod potestas quam Christus habuit suscitandi corpora non fuit potestas ministerii sicut etiam Petrus mortuos suscitavit. nec est iterum potestas auctoritatis. quia si solus dei est. sed est potestas cuiusdam excellentie que ei competit ex virtute ad deum. ut scilicet impius non potest mortuos suscitaret. et simul habuit potestatem excellentie in remittendo peccata.

Ad secundam questionem sic proceditur. Et videtur quod a Christo fuerit aliqua potestas collata ministris ad expulsiōem sive remissionem peccati. Primum. Quia est ministris aliqua potestas spiritualis. sed ad emundationem corporalem non requiritur aliqua potestas spiritualis sed sufficit corporalis. ergo ministris collata est aliqua potestas spiritualis ad emundationem interiorē. Secundo sic secundum Dionysium. vii. celestis hierarchie ad ministros ecclesie pertinet purgare illum mare et perficere. sed purgatio in ecclesia fit a sordibus mentis. ergo ministris est data potestas cooperandi ad interiorē emundationem. Tercio sic. Plus est expellere demones quam seminare per ipsum scilicet peccatum. si deus dedit hominibus potestatem demones expellendi. ut patet Luc. x. Ergo multo fortius potuit dare potestatem expellendi peccatum. In oppositum arguitur sic. Adams est iustificare impium qui creare celum et terram. sed in creatione celi et terre nihil deo cooperatur. ergo nec in iustificatione impiorum. **R**espondeo dicendum sub certis conclusionibus in ista triplicem potestatem